

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXXVII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

CAPUT XXXVII.
DESCRIZIONE,
Scilla, Salvia & Scordio.

SCorzonera haud vetus planta est: primus eam *Mathiolus lib. 2. cap. 137.* descripsit. Inventa in Cata-launia à servo Aphro. Contra viperarum mortis-
præsentanum esse remedium, idem, qui invenit, ostendit; succum haurire necessum est illi, qui effuge-re conatur. Ex *Scilla* conficitur acetum, cuius admirabilis facultas. Si quis quotidie parum ebibet, in-quit *Mathiolus*, illifaucium orisque partes nunquam male valebunt: os ventriculi bene valebit: facile spi-ritum ducet, oculi acutissime cernent, flatus nullus in-ventre excitabitur, & bene spirans beneque coloratus deget; hoc acetum qui uititur, cibum belle conficiet, etiam si licentiosius edat; nihil supervacui in corpore residet, non flatus, non bilis, non cruditas, non sterlus, non urina alvis lubrica, omnino non erit. *Mathiol. in lib. 2. cap. 168.* Radicem ferreo cultello incidere nefas, eburneo non obest. De *Salvia* tradunt, suffitram mensis cohibere fluxum; à prægnante co-mietam, conceptum continere, reddereque vitalem. *Mathiol. in lib. 3. cap. 34.* Hinc ei sacrum apud Agrip-pam nomen. Si succi ejus heminam cum modico sale quarto à secubito die potaverit, hinc vito misceatur, concepturam iudicant. Certe fertur in Copto Ægypti post sœvam peltrem mulieres bibisse, & multos produc-tos fœtus. In multis Asiae locis sunt pomiferæ; apud Calabros Cosentiae in horto quodam gallam subcine-ritii coloris produxisse, testis oculatus est *Scaliger* exerc. 168. *Scordii* contacta cadavera conservantur. *Galen. lib. 1. Antidot.* Cum enim in bello interem-ptorum revolverentur, minus putuisse inventa sunt supra Scordium Creticum collapsa; ea præsertim parte, qua tecigere. Certe in vino coctum contra serpentum iustus bibitur. *Conſ. de feb. pest. cap. 18.*

K 4

CAPUT